



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Sect. I. Status Controversiæ exponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

In quintam Epistolam.

NOTA I.

SIVE

Dissertatio Theologica de Probabilitate.

SECTIO I.

Controversie status exponitur.

§. I.

Cavilli Jesuitarum, laus Parochorum.

Cavilli Janseniani toti orbi Christiano innotuerunt: Annatus autem suo libello, illos palam fecit. Cur ergo Cavillos Jesuitis attribuis? (a) an forte calamitior est? vel amantior? vel typographi? Cavillationes Jesuitarum scripsisti. *Janseniarum* scribere voluisti; debuisti saltem. Sint ergo tibi Cavillationes tuæ; & ne id deinceps Jesuitis affingas, quod Jansenistis jure competit. Quid enim aliud aliquot ab hinc annis Jansenistæ vestri gesserunt? libros edunt, quæ prosa, quæ versu: operas & præla faugant: calumnias & rumores spargunt adversus Jesuitas Sorbonam, Galliam, totam ferè Europam factionibus, tumultibus, conspirationibus suis agitant: nihil ferè iis inaccessum, nihil intentatum, quæ vi, quæ dolo: nullum lapidem non movent, ut res illis pro votis succedat: id est, ut errores suos defendant, & Jesuitis, quos immortalis odio prosequuntur, populorum odium, Episcoporum invidiam, Primatum suspicionem concilient. Vis unico verbo dicam, & cuncta in brevem summam redigam: perpetuo cavillantur.

Dicis tamen Jesuitas cavillari, dum suam de probabilitate sententiam exponunt, eamque *variis occultant restrictionibus*, in hanc rem, citas imposturam 20. Quid porro ibi legis? Suarez disp. 12. de bonit. & malit. illam opinionem vult esse probabilem, quæ nec Ecclesiæ Catholice sensui, nec communi omnium repugnat, & tuto ratione, tum auctoritate omni exceptione majore nititur. Quid in his quæso cavillationis, quid occulti, quid ambigui? Et tamen cavillos vocas. Nisi cæcitas, mi homo, & tu ipse met cavillæris; nullus unquam cœcavit, nec cavillatus est.

Quenam porro illa sunt perversissima consuetudo à Jesuitis audacissime defenta? Pro his citas impost. 21. & 23. Ad pœnam libri, quideo loco legis? ex duabus opinionibus probabilibus minùs probabilem, & minùs tutam amplecti licet: pro quo Duvallius, Gamachus, S. Antonius, ex scriptis locis fideliter citantur. Supra centum auctores, pro hac sententia, si ita jubeas, adducam. Perge porro: Confessarius deposita opinione probabilis, quam tenet, sequi potest oppositam probabilem sui pœnitentis: pro quo quadraginta sex auctores citantur. Et hæc perversissima consuetudo vocas? cur nova nomina rebus imponis? bonum malum, & malum bonum vocas. Damnatos errores Janseniani nobis obtrudunt; & inconcussa divina fidei dogmata intolerantiùs jactas: Morales Theologi propositiones adducunt proba-

bilissimas; tu verò errores, hæreses, perversa consuetudine clamas.

Tum in Parochorum Parisiensium laudes effundas (a) quorum scilicet pietatem, eruditionem & singularem in detegendis erroribus: (adde sis, in arguendis calumniis) illustranda veritate: (dic obsecro) & evolvendis hujus questionis nodis: (legè melius, involvendis & implicandis:) indubitanter mirabiliter exaggeras: pro te benegesta, de Christiana bene meritis triumphum adornas. Quid pro illud? geminam, inquis, actionum humanarum naturam, divinam legem & rectam conscientiam à Calvino everfam restituerunt, hoc duplici dogmate Catholicæ Primus est, opinionem probabilem falsam in naturali à peccato non liberare: Alterum, ex probabilibus opinionum conflictu, tutiorem & probatorem pariter eligendam.

Egregiam verò laudem Willelme optimi Parochis, non sine contumelia tribuis, malum esse sectò à te vituperari, quam laudari: malum esse Jesuita, quem convitis, quàm Parochus, quem similibus eglis cumules: nempe Jesuitarum suam doctrinam, religiosos mores, & ad exemplum, quo ipsi ducuntur, procurandæ hominum salutis studium vituperas: Parochorum vero tuam factionem, manifestam ad Jesuitas oppositos conspirationem, & quod pejus est, crassissimos errores, & placita heterodoxa impendunt laudes. Geminam, inquis, humanarum actionum naturam, legem scilicet divinam, & rectam conscientiam restituerunt: Ubi verò lex positiva ubi sacri Canonis: ubi Decretales, & Apostolicæ Constitutiones: ubi Concilia: ubi sancta Sedes? Geminam illam normam cœcitate seclatoribus ultro admittitur: quid ergo inter vos discriminis intercedit.

At si forte in prima illa, scilicet in lege divina aliquid dubii vel ambigui suboriatur, quid oportet? Altera regula, inquis, consulenda restat, conscientia recta. Nempe lex illa cordis, ille imperator interior, utique Calvinianus: eò Moralis veritas analysi reducit, ut ex iis, quæ paulo post dicam, perspicuum fiet.

Præterea, pro indubitato fidei dogmate præsumis illud habes. Lutherana quidem & Janseniana auctoritas, sed non Catholica. Deliras opinor, & delirias Wendrocki: Mentali Literæ te ad ridendum redigunt. Opinio probabilis falsæ peccato non eximit: error tamen inculpatus scilicet, & ignorantia invincibilis eximit, quod nemo neget, nisi hereticum aut Jansenianum, ut jam supra breviter inculcavi: est: potiori ergo jure opinio probabilis, quantumvis falsa. Tu verò, dum oppositum adhibuis, ignorantiam tuam, non invincibilem, sed incredibilem prolam facis. Quis enim nescit, multa esse ac ferè infinita, de quibus utrinque probabiliter tantum disputatur, utrum sint naturali jure verita: Ignorantiam quis aliquid istorum fecerit fide quantumvis bona, a judice peccabit; ne reus delicti, cuius periculum subit. Sed vide sis, ne, dum sic alterum injustè pro te ipsum justè condemnes. Quid porro respondes? si in controversiis juris naturalis de restitutione faciendi dubius quispiam te consulat? Si neget debere restitui, eris auctor retinendi rem alteri fortè debitam: si affirmes, geminam culpam contrahes: quia consuleris onus imponis fortè falsum, quod dignum non attingere: & alter, quod sibi fortè non competit, injustè recipiet. Undique igitur angustia.

etiam pro dogmate fidei venditas; quod tamen opinio probabilis est, cum oppositum longe probabilius esse videatur. Utrumque fuscè sectio- nis sequentibus explicas: tuis vestigiis insitam, non sine copioso tuorum errorum spicilegio.

Quin potè in Parochos Parisienses injuriosus, quod tam enormia, per calumniam, opinor, ul- timasque vix oratione complecti possum: nec ipsi quibus mihi facile persuadeo restituendæ actio- nis lancearum normæ operam navant. Quid enim ad illas attinet: longè diversa Provincia obnoxii- atur. Quæ ad sacros ritus pertinet, exhomologesim, foras proxi, extrinsecum unctio, Matrimo- nio, divas benedictiones (salis, aque, panis, ovo- rum, ceterosque), exequias, sepulturam, puerorum ac- tiones institutionem in primis doctrinæ Christia- næ, ceteris, aliæque id genus, quibus Curionum munus comprehenduntur: his, opinor, Parochi Pari- sienses vacantes non verò distendi ac restituendis doctrinæ morum & fidei regulis. Et si qui fortè per- spiciant, illud sibi minus arguent, ac sese inge- nuerunt: non haud dubiè vulgari paræmiæ locus: *deus ultor videtur.*

§. II.

Quid sit opinio Probabilis.

De opinione probabilis, parum probabiliter hoc duo differit: (a) ut vel inde verisimile reputem, ignota potius quàm malitiâ te laborare. Tria inquisitionem genera initio statim agnosce, vera- rum scilicet, falsam, & probabilium. Egregia fa- lsa opinio, tunc etiam tyrone indigna. Quasi verò sen- tentia probabilis, vera aut falsa non sit. Vis autem illam probabilis esse, ejus nec veritas, nec falsitas cer- te non potest. Quisquis ergo nihil penitus scit, innume- ras habet probabilis sententias. Sic appositè igno- rantia & probabilitate non distinguitur: in quo tur- pitudinem habet.

Quæ illa sententia probabilis est, quæ ratione probabilis, & gravi auctoritate nititur, & contra quam opinio etiam probabiliter refellitur: eodem il- lum veritas aut falsitas certo non constat: multa enim sunt, quæ mentis humanæ oculus perspicere non potest: appulsam tamen probabilis veritatis lumen non sufficit, ut mens probabilis assensum præ- stat, cum aliqua licet formidine conjunctum. Quod non multo, ut dicis, pro certis nonnulla vendit, quæ probabilis quidem, aut vicissim pro impro- babilibus, quæ alioquin certa sunt, id paralogismo & errorum hominum hallucinationi tribuendum: item quod probabilis videatur illud ipsum, quod alius improbabile reputat, vel negligentia, vel diligentia- rumque est. Nimirum sæpè accidit, ut vel ratio, vel alio argumenti uni veniat in mentem, non verò

Neque id quod sub finem asseris, veritati consen- taneum est: (b) scilicet, quidque tantum probabile videtur, quia veritas ignoratur. Melius dixisses, illud esse probabile, quod probabilis duatæ ratio persuadet: potè ratio probabilis censetur, quæ ita mentem impendit assensum movere, ut non necessario tra- hatur, sed liberum ei assensum relinquat. Il- ludem probabilis in moribus est: subnectis, quod ta- men doctus, pius & acutus. Locum extrinsecum duntaxat adhibes, ab auctoritate petitur: sed cur illud, in tertio loco subnectis: Quasi verò solidum inge-

nium hac in parte non sit acuto anteponendum. Ceterum Willem hic tuam fidem imploro, putas- ne Jansenistas Jesuitas doctiores esse, aut magis pi- os, quibus scilicet in sententiis probabilibus defini- endis, majorem populus fidem habere debeat? Id ti- bi fortè arrogas. Agedum, doctiores illos, ut produ- cas, velim. Appellabis statim Jansenium, Sanctyira- num, Arnaldum, auctores scilicet à S. Sede damna- tos: Jesuitæ mille præstantiores pro tribus illis adju- cent.

SECTIO II.

De I. Probabilistarum axiomate.

Probabilem omnem opinionem etiam falsam, & Legi Divinæ contrariam, à peccato coram Deo excusare.

§. I.

Ejus falsitas ex S. Thoma demonstratur.

UT probes auctoritate Doctoris Angelici, erro- neum illud axioma Parochorum Parisiensium, scilicet opinionem probabilem falsam in jure natu- rali neminem peccato penitus eximere; primum lo- cum adducis, ex quodlibet. 8. art. 13. sed perperam omnino: (a) si enim aliquis adhibet diligentiam, inquirens, an habere plures præbendas sit licitum, nec invenit aliquid, quod ipsum moveat, ad hoc, quod sit illicitum, ergo videtur, quod sine peccato plures possit præbendas habere. At fieri po- test, ut sic contra legem divinam, habere plures præ- bendas: igitur non peccabit, licet per ignorantiam contra legem divinam faciat: igitur peccat, quando hæc ignorantia est crassa, affectata, cum dubio con- juncta: qui enim dubius de peccato aliquid agit, haud dubiè peccat. Sic enim concludit S. Thomas: Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem: (ne scilicet peccatum in fine) inducitur, & sic non peccat licet id faciat, quod materiale peccatum est. Poteratne adduci textus magis expressus, ut principium illud erroneum confutaretur? hunc tamen impudenter adducis pro illius confirmatione: & nihil, ut dicis, loco illo planius, nihil evidentius.

Alium locum quodlibet. 9. art. 15. describis, ubi hæc habet S. Doctor: Error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non ex- cusat à toto, licet fortè à tanto. Loquitur S. Doctor de errore crasso, & affectato, non verò de invincibili. Idem prius repono ad tertium textum, quodlibet. 3. art. 10. Ubi legitur: Nullus excusatur si sequatur opinio- nem erroneam alicujus Magistri: Erroneam scilicet, af- fectatè, crassè, non verò invincibiliter; ut patet ex primo textu citato. Sic profectò Jansenius vester Aug-ustinus citat pro suorum errorum con- firmatione; ut ab aliis demon- stratum.

(a) Pag. 74. & 75. (b) Pag. 75.

(a) Pag. 76. & 77.